a ¶ Ut notatur. Uide i. c. i. ſi de cogna. ſue. An. bar.

b ¶ Reperit alibi. itē ſcias ꝙ habēs iura vtilia pt rē intentare de dñi voluntate ppetua. ⁊ i cōmutabili vtiles actiōeſ tranſlate nō poſſunt reuocari: ſꝫ ſi ſint mandate hꝫ locū. l. iij. C. de nou. ⁊ ſic plꝰ importat tranſlatio q̄ȝ commiſſio.

¶ De ꝯtrouerſia inter dñm ⁊ emptorē feudi. Rubrica.

d **Domino.** Diuiditur in duas ptes. Primo dictū ponitur. Scđo eius declaratio. Secūda incipit in ver. quo reſtituto. ¶ Caſus. Uaſallus vendidit feudum alicui dominus vendicat ab emptore: emptor denunciat vaſallo: ſi qudem vaſallus iurare poteſt ꝙ ignorāter vendidit feuduꝫ credens propriam rem tunc eſt in electione emptoris an velit domino credere feudum an velit reſtituere vaſallo: ⁊ ſi reſtituerit vaſallo retinebit in feudum. Deinde reſpondet tacite obiectioni que poſſet fieri: nonne alienatione facta feudum domino aperitur qūo hic procedit reſpondet illud pcedi quando ſcienter feuduꝫ vendit. Ultimo dicit quod dictum eſt in venditione locum hꝫ in qualibet alienatiōe. h. d. ¶ No. ꝙ dñs agit ꝯtra emptorem qui emit a vaſallo vendēte bona fide. Sed quero quo iure aget. Reſpondeo rei vendi. directa. Nam ſemper ſibi eam retinet. vt. ſ. de inueſti. de re. alie. facta. c. i. §. ſi vero in quo conſidera hic gloſ. ſecundum Jac. de bel. ⁊ qđ dixi. ſ. in ti. de feu. ſine cul. non amit. c. ij. vbi omnino ⁊ per glo. j. de probi. feu. alie. per Fede. in c. imperialem. §. calidis in glo. ipſo iure. ¶ Sed quid ſi cōcedens in feudum non erat dominus. certe ſuccumberet in publiciana: vr ꝙ ſic: qꝛ emptor hꝫ titulum. Sed contradico qꝛ habetur pro non titulo. Item qꝛ pretendit cauſam ab eo qui non poterat referre queſtiōem quaſi dñij: vt. C. locati. l. ſi quis conductionis: ⁊. C. vnde vi. l. nō ab re. Uel dic ſecunduꝫ gl. ꝙ emptor conuenietur actione perſonali. ¶ Sꝫ contra hoc opp. qꝛ actio perſonalis non ſequitur fundum: vt. l. i. C. de condi. inde. ⁊. l. fin. in fi. ff. de cōtrahen. emptio. C. de actio. ⁊ obliga. l. eum. ff. ad trebel. l. i. §. ſi heres. Solu. illud eſt veruꝫ in actione mere perſonali ſed iſta eſt in rē ſcripta ex diſpoſitione conſuetudinis. Uel dic ꝙ. ll. ꝯtrarie loquuntur in actione perſonali que datur ratione obligationis: ſed hic loquimur in actione perſonali que datur ratione poſſeſſionis: quia ſcilicet hꝫ facultatem rei reſtituēde: vt. ff. cōmo. l. iij. §. heres ⁊. ff. ad. l. fal. l. qui fundum. §. ſi tu ex pte. Uel dic dicit glo. ꝙ dabitur conditio ex lege ex liberis ſabiniani. C. de acqui. poſ. l. fi. ſed certe illa loquitur qñ agens pretendit ſpoliationem: vt. C. de agric. ⁊ cenſi. l. ſi coloni. li. xi. vnde Pe. de cer. reprobat in hoc glo. qꝛ feudatarius tradendo ſuam naturalem poſſeſſioneꝫ non ſpoliat dominuꝫ qꝛ diuerſa genera poſſeſſionum ſunt inter ipſos: allegat gl. ordinariam in. l. i. in fi. ff. de vſufru. quēad. ca. Ego puto glo. veram. Non enim ex ſolo actu traditionis poſſeſſio domini interuertit vt ipſe dicit. Et in hoc bene cum per rebellionem poſſeſſoris eius poſſeſſio tenebat. ⁊ in hoc eſt violentia. Item in modo poſſidendi: qꝛ ille qui tenet non recognoſcit ſe ab eo: vt. ff. qui. mo. vſufru. amit. l. pōpo. ¶ Secundo no. litteram q̄ dicit ꝙ vaſallus iurare poterit ⁊c. Et opponitur vaſallus iurare poteſt qꝛ ad actuꝫ verbi vel non verbi nemo poteſt cogi per viam abſolutaꝫ. vt not. extra qđ me. cau. c. ſacris in nouella. So. littera iſta non intelligitur de ſimplici loquela: ſed vult hoc quod nō intelligat poſſe q non poteſt ſine calūnia vel temeritate: ⁊ ideo ſi iudex videt eū velle deierare vel aliquam temeritatem committere non deferat ei iuramentū: ⁊ iſte eſt ſenſus huius littere. ¶ Not. tertio de mirabili electione que datur reo ꝙ ſi dominus agit poteſt reſtituere poſſeſſionem auctori ſuo. Et ratio eſt: quia per hoc euitat omne damnum: facit quod not. ff. de pac. l. ſi cum fundus ⁊ de alie. iudi. l. cum miles. Et tene menti iſtuꝫ caſum ꝙ lꝫ habēs directum dominium preueniat in agēdo tamen pōt res reſtitui habenti vtile dominiuꝫ pretendēti cāꝫ ab agente: argu. ad hoc. ff. de excep. doli. ſi opera. ⁊. ff. de pcu. l. procuratore in rem ſuam dato: ſed magis eſt mirabile ꝙ habens directum cum ſciat ius alteri ceſſum preferatur habenti vtile: vt. ff. de tranſac. l. fi. ſed ibi loquitur in debito re obligato: ſed ille qui rei vendi. tenetur nō eſt obligatus vt inſti. de acti. §. omnium: ⁊. ff. de procura. l. pompo. §. ſꝫ ⁊ his ⁊. ff. de excep. rei iud. l. ſi inter me ⁊ te vbi tex. vel veriꝰ ibi ceſſio abſorbebat vtilitatem cedentis: hic non vel ibi directa nō erat efficax: hꝭ ſic ꝯtra poſſeſſorē: prima vera ⁊ non
b reperitur alibi [b]. ¶ Querit gl. vtrum ſi reſtituit domino poſſit agere de euictiōe contra venditorem: ⁊ quicquid glo. dicat dic ꝙ ſi vaſallus recuperat a domino agere poteſt alias nō. Non enim debet habere vaſallus rem ⁊ precium: vt. ff. de acti. emp. l. bōa fides. ¶ No. q̄rto hꝭ tex. valde ſingularē ꝙ in omnibus



ꝙ in oībus alienationibus i quibus alienans cadit a iure ſuo ꝙ debet intelligi in ſciente: ſecus iu ignorante rei qualitatem ſimilis diſtinctio ſit. ff. de leg. ij. l. ſi. §. ſi. ¶ Querit gl. quid in iuris ignorantia. ⁊ dicit eam nocere. Fallit in muliere ⁊ milite quod mihi non videtur veruꝫ quia non licet eis ignorare iura cōtractus. vt. C. de iur. ⁊ fac. igno. l. ſi. ⁊. l. ſi. C. de iure delibe. ¶ Quinto ⁊ vltimo no. ꝙ verbo venditionis continetur omnis alienatio. Circa quod dicit Barto. Aut alienatio prohibetur ratione rei ⁊ tunc omnis ꝯtractꝰ prohibetur vt hic. Aut ratione perſone ⁊ idem vt not. in. l. ij. C. de vſuc. pro emp. Aut ratione modi ⁊ forme ⁊ tunc ſecus: vt legitur ⁊ no. in. l. vlt. C. de predijs curia. li. x.

¶ De cōtrouerſia inter vaſallū ⁊ aliuꝫ de benefi. Rubrica.

**Si causa.** Caſuſ. Uaſallus agere ⁊ ꝯueniri poteſt pro feudo ⁊ p parte feudi etiā dño habente ⁊ q̄ ſi p re ppria ⁊ trāſigere pōt bona fide: ⁊ ſi ꝯ eſt iudicatuꝫ vel ab eo tranſactū dñs cogit poſtea ratū habere etiaꝫ feudo ſibi aperto. hoc dicit. ¶ Nota ꝙ vaſallus in agendo ⁊ defendendo obtinet principalem locum ⁊ ꝙ dominus tenetur ratificare iudicium ⁊ tranſactionem eius ceſſante fraude ⁊ ſimulatione. hoc eſt verum tam abſente q̄ȝ preſente domino. Intelligo ſi dominus ſciuit vel fuit citatus vt. ff. de de re iudica. l. ſepe. §. ſed ſcientibus. Nā ſi vaſallus non fecerit dominum ignorantē citari preſumitur in dolo. vt. C. de diſtra. pig. l. ſi creditor. Et vide ibi per Cyn. vel dic ꝙ ille qui facit aliquem procuratorem in rem ſuam videtur ei dare omnimodam licentiam experiundi. nec requiritur ammodo licētia conceſſoris vnde cum vaſallus ſit procurator in rem ſuā dummodo alias ceſſet calumnia non habet amplius requirere dominum niſi velit reſeruare ſibi ius agendi de euictione contra ipſum: ⁊ iſte intellectus probatur expreſſe. ſ. ſi de
a feud. ſue. controuerſia. c. ſi vaſallus de ſuo. Et dic vt ibi [a]. ¶ Sed nunqd dominus perdet proprietatem dic ꝙ nonꝰ ſꝫ vtile dominium quod prefertur proprietati poſſidente victore ⁊ ſi poſſeſſio veniret ad tertium dominus tunc ea poterit vendicare. vt. C. de preſcripti. xxx. anno. ſi quis emptionis ⁊ miror ꝙ alij doctores de hoc nihil dicant. Iteꝫ quod dicit de trāſac. intellige ſi tranſegit bona fide vt lr̄a dicit. ¶ Nun quid autem preſumatur bona fides in tranſigente: dico id eſſe iudicandum ſecundum ſtatutum cauſe. Nam ſi dubiuſ erat euētus litis preſumitur bona fides: alias ſecus: vt. ff. de tranſact. l. cum hi. §. cum lis. ⁊. C. e. l. ſi preſes. certum eſt enim quod etiam in tranſactione poteſt committi fraus. vt. ff. ſi quid in fraud. patro. l. j. §. vtrum in fi. ibi ſi tranſegit in fraudem patroni. Sed mirum eſt: ponamus enim ꝙ ex cauſa tranſactionis ceſſit poſſeſſionem feudi aliquo recepto: cū poſtea deceſſit ſine herede ergo reſoluto iure trāſigentis reſoluetur ius accipientis: cuius contrarium hic dicitur quare male. Reſpondeo hic eſt. ideo qꝛ res iudicata ⁊ tranſactio pariunt exceptionem rei finite ⁊ ſic ſunt alterius nature q̄ȝ ſimplicis contractus quod eſt no. ¶ Sed nūquid hoc eſſet verum in emphiteota ſuperficiario tranſigentibus. Uidetur ꝙ non: vt. ff. de pign. l. lex vectigalis. quapropter hoc non poteſt aliud dici q̄ȝ ꝙ ſit ſpeciale in feudo: vel dic idem in domino ſciente ⁊ patiēte arg. ff. ad mace. l. ſi filius. Iuxta illud non improbare ratihabitionem hoc conſenſui par eſt
b vt no. in. l. quo enim. §. j. ff. rem ra. ha. [b] ¶ Super hoc. c. habeo talem apoſtillā. Poteſt ergo vaſallus de feudo trāſigere dummodo fraus non interueniat: vt hic. ⁊. ſ. ſi de feu. ſue. cotrouer. c. ſi vaſallus. Sed videtur huic obſtare: quia cum poſſit alienare. vt. j. de probi. feu. alie. per Federi. c. imperialem: non videtur de feudo poſſe tranſigere. vt. C. de pdijs mino. l. non ſolum Jaco. aur. Tu dic ꝙ olim poterat: ſed hodie diſtingue. Aut tranſegit dimittēdo feudum apud poſſeſſorem. aut tradendo. Primo caſu non videtur alienare. Secūdo ſic. iſte eſt caſus vnicus in iure. C. de tranſac. l.



ſi prò fundo. qꝛ non facit conditionem domini deteriorē cū feudatarius iſte prius non poſſidebat. ¶ Et nota. quod in omnibus alijs contractibus ille qui dimittit transfert ⁊ alienat. vt. ff. de rei vendica. l. quedam mulier: ⁊. ff. de iur do. l. ſi ſponſalibus. §. j. ⁊ tamen ſecus eſt in contractu tranſactiōis quod eſt nota dignum.

¶ Quid iuris ſit: ſi poſt alienationē vaſallꝰ feudū recupet.

¶ Non prodeſt penitentia vbi culpa eſt executa: ſecus ſi res eſt integra vel incontinenti purgetur culpa. ff. de in integrum reſti. l. diuus Bal.

**Preterea.** Diuide in tres ptes. Primo recitatio iuriſ antiqui. Secundo iuris noui quādo vaſallus poſt alienationem feudi factam domino ignorante feudum recuperauit. Tertio quando domini voluntate vēdidit ⁊ poſtea recuperat: vel non. ſecunda pars incipit in ver. hodie. tertia in. §. profecto. Actus retro ſimilis non induci irreſtaurationem deperditi. hoc dicit. Fallit vbicunq; definit intereſſe qꝛ ibi deſinit actio cōpetere. ff. de alie. iud. l. ex hoc edicto. § . pe. vel ſic. Culpa que nō tranſiuit in perpetuā priuationem non poteſt purgari. Hoc dicit iſte titulus: ſi do-
c minus remittit penas vaſallo an dicatur vera dōatio. Dic [c] ꝙ magis dicitur indulgentia: ⁊ ideo nō requiritur inſinuatio. ff. de donati. l. modeſtinus: ⁊. l. in edibus. §. j. ¶ Caſus olim ante conſtitutionem Lotharij licitum erat vaſallo feudum in toto vel pro parte alienare: ⁊ ſi feudum alienabat ⁊ poſtea ipſuꝫ recuperabat reuertebat in cauſam feudi. ſꝫ hodie non licet alienare ſiue vendere pro aliqua parte: ⁊ ſi vēdiderit domino ignorante licet poſtea recuperet non retinebit in feudum. ſinautem domini voluntate vendiderit per libellum vel aliter alienauerit ⁊ id poſtea recuperauerit non retinebit pro feudo ſed iure proprio ſi eo modo recuperauerit: ſi vero ad libellum dedit domini voluntate adhuc retinebit feudum. ſi vero poſtea vaſallus recuperauit per libelluꝫ non retinebit pro beneficio: ſed ſi domino feudū refutauerit retinebit libellum hoc dicit. Jaco. bel. Tu magis diſtincte per notabilia caſum intellige quod abſurdum eſt non reuiuiſcit. ff. de actio. ⁊ obli. ⁊. l. ſeruus effectus. ⁊. l. ſi. ff. de ſuc. edic. ⁊. ff. de condi. ⁊ demon. l. intercidit: ſed arg. cōtra. ff. de ma. teſta. l. ariſto. ſed ibi loquitur in ſeruo cuius perſona nō inſpicitur niſi tempore acquiſitionis. vt. ff. de le. ij. l. debitor. §. ſeruo. ¶ Et nota primo ꝙ per actum retroſimilem olim feudum vt ita dixerim renaſcebatur. quia non erat per priꝰ apertum domino ⁊ res de facili reuertitur ad ſuam naturā. vt. ff. de pac. l. ſi vnus. §. pactus. ver. quod ⁊ in ſpem dotis. ⁊. ff. ſo. ma. l. pe. §. inter eos: ⁊. l. ſi ſeruus dotalis: ſed nouo iure qꝛ alienatio eſt prohibita ⁊ ſtatim feudum eſt apertum domino ipſo facto: ideo nō poteſt culpa purgari que traxit ſecum executionē per tranſlationem dominij. vt. ff. de verbo. obligatio. l. ſi ſeruum. §. ſequitur per Dy. Et ideo nota qđ qnando actus cecidit a ſua ſubſiſtentia perpetuo non reintegratur: vt. C. de remiſ. pigno. l. ſolita puidentia que. l. eſt ad hoc nota. ſecus ſi vitium rei ſit purgabile. ff. de vſuca. l. ſequitur. §. ideꝫ labeo. l. ex hoc edicto. §. penultimo. de alie. iudi. ¶ Secundo nota in. §. profecto: quod indifferens cōſenſus domini circa alienationem aſſumit differentiam ſecūdum qualitatem alienationis: ideſt ſecundum vſum illius licentie. Et ideo vaſallus alienat iure proprio intelligitur cōceſſum iure proprio. ſi iure libellario intelligitur libellario ⁊ ſic talis intelligitur fuiſſe licentia qualem poſſeſſionem poſterior declara euentus quod eſt nota. ¶ Tertio nota qđ quando vaſallus de voluntate domini alienat per libellum puta vt ſingulis annis debeat habere quinq; ſolid. Iſtud ius percipiendi quinq; ſol. annuatim tenebitur nomine feudi: ⁊ ſic vaſallus committeret felloniam iſtud ius aperitur domino quod eſt nota. vnde reliquie feudi iure feudi cenſeri debent. ¶ Quarto no. ꝙ ſi vaſallus redemit hunc libel

¶ Ut ibi. Et facit iſte tex. an poſſit fieri compromiſſū de feu. per vaſallum de quo ſpec. in titu. de arbi. §. pōt ver. ſed nunquid vaſallus.

b ¶ Ra. ha. Licet contrarium Inn. in c. auditis: de preſcrip. ſentire videat.

c ¶ Dic. Uide quod notat bal. in. l. illud. C. de ſac. ſanct. eccle. ⁊ ibi ad bal. plene notaui vide omnino. And. Barba.

lum a libellario poſſeſſore tūc intelligitur tenere tanq̄ʒ libellum a domino ⁊ nō tanq̄ʒ feudum. Iſtud autem ius .v. ſol. eſt conſumptum quoad inter vaſallum ⁊ eum cui alienauit per libelluʒ ſed ipſe vaſallus tenebitur domino ad iſtos. v. ſol. annuatim. Idem ſi feudum refutaſſet, ⁊ poſtea per libelluʒ redimiſſet. Nota ergo taliter reuerti qualiter redimitur vel eſt ſenſus littere ꝙ ſi vaſallus refutat feudum ꝙ pōt etiā inuito domino ⁊ dn̄s cōncedat illud ſibi ad libelluʒ ꝙ tenebit iure libelli ſm Pe. de cer. Ultimo nota ex vario genere contrahendi varios effectus prouenire. Bal.

¶ An agnatus vel filius defuncti repudiata hr̄ditare poſſit feudum retinere. Rubrica.

¶ Nota ꝙ omnis patruus eſt agnatus: vt not. in. l. j. C. de ſuc. edic. Nota ꝙ nouus heres quandoqʒ ponitur pro parte ſuppoſito ratione dubitationis. l. fi. C. de carbo. edi.

**I contigerit.** Diuide i duas partes. Primo an agnatus poſſit hereditatem agnati repudiare: ⁊ fundū retinere. Secundo an filius vaſalli poſſit hereditatē repudiare ⁊ feudū retinere. Scda pars incipitin ver. ſi vero. Caſus. Si agnatus ſuccedit agnato vaſallo in feu. ⁊ in hereditate eius pōt eius hereditatē refutare ⁊ feudum retinere nec cogitur debitū hereditarium ſoluere niſi de fructibus eius anni quo vaſallus deceſſit ſʒ premiſſam diſtinctionem. Si filius ſuccedit vaſallo patri in feudo ⁊ hereditate non poteſt hereditatem repudiare ⁊ feuduʒ retinere: ſʒ omnimode cogendus eſt debitum paternū ſoluere niſi vtrūqʒ repudiet. Uerumtamen ſi agnatis cōſentientibus filius ſit de feudo a domino quaſi de nouo beneficio inueſtitus tunc poterit hereditatem paternam repudiare ⁊ feudum retinere nec debitum hereditarium ſoluere compellitur. h. d. Jaco. bel. ⁊ eſt ratio differentie inter vnum caſum ⁊ reliquū qꝛ vltimo caſu filius debet oriri a patre ſed agnatus nō oritur ab agnato. C. de here. inſti. l. nec apud[a]. ¶ Extra nota ꝙ quando pater ſtipulatur aliter ſibi: ⁊ aliter filio nunquaʒ videtur ſtipulatus ei vt heredi. ff. de dona. cauſa mortis. l. ſeya. vbi eſt tex. ⁊ glo. nota. ¶ Et nota ꝙ ſi nil in contrariū apparet filius preſumitur heres: vt not. in auc. vt hi qui obli. §. vt autem coll. vj. in glo. ordi. vt dixi etiam. C. de ſuis ⁊ legi. apud hoſtes. Sed quid ſi pater conſenſu domini prelegauit filio feudum an illud habebit ſi ad coheredes extraneos peruenit hereditas. Uide de exceptione doli. l. apud celſuʒ. §. ſi quis ex vnica. ⁊ dic ꝙ ſic quia redactus eſt ad inſtar agnati. ¶ Nota hic caſum in quo ðꝛe ſuus abſtinet de iure ciuili. ſcilicet quando hereditati eſt connexum feuduʒ naʒ conſuetudo eſt de iure ciuili: vt inſti. de iure na. §. ex nō ſcripto: que dat ⁊ dare poteſt ſuo licentiam abſtinendi text. eſt hic ⁊ non alibi. De iure vero cōmuni exiſtentia ſui heredis ſi cōnexa eſt iuri ſanguinis ꝙ nec repudiari nec abſorberi tempore poteſt: vt nota. C. quādo non pe. partes. l. vna in prima glo. ⁊. ff. de regu. iuris. l. iura ſanguinis: ⁊ . l. iij. de vul. ⁊ pu. ⁊ ð inoffi. teſtamento. l. papi. §. ſed nec impuberis in auc. de here. l. falci. in. §. ſiquis autem non implens. col. j. de quibus omnibus per Bar. ff. ð liberis ⁊ poſthu. in. l. ſi filius heres. ¶ Item nota ꝙ dominus ⁊ agnati poſſunt facere gratiam filio ꝙ repudiet hereditatem ⁊ retineat feudum. Et eſt ratio. quia veniūt diuerſo iure: vt. ff. de bo. poſ. cum patrono: ⁊ regulariter in preiudicium alterius nemo poteſt alteri facere gratiam: vt nota. C. de contratab. l. poſthumo per Cy. Premitte ad euidentiam ꝙ feuduʒ defertur ſucceſſorio iure ex duplici capite ſcilicet liberorum: item ⁊ agnatorum: ex primo capite ſuccedit emancipatus: ⁊ etiam filius eius lʒ poſt emancipationem conceptus ſit: ⁊ ſi nō ſit agnatus auo. C. de legi. here. meminimus. §. cum auteʒ. C. vnde lib. l. qui ſe patris per acc. naʒ ð liberis eſt: vt. ff. vnde lib. ſiquis. §. pe. Sed patruus nō ſuccederet ei in feudo paterno qꝛ nō ſunt inter eos agnatiōis iura loquendo ſtricte de agna. propter capitis deminutionem emancipati. ſed forte in feudis ſufficit deſcenſio per virilem ſexum ex eo ꝙ fuit primus agnationis communis. Item gloſ. l. qui ſe patris habet glo. contrarias. ff. vnde cog. l. legitimus. ff. de adop. l. quem filius: ⁊ dicit ꝙ iura agnatorum habet quicquid ſit de rigore nominis agnatus. Item puto quod iſte titulus habeat locum etiam in liberis quos pretor ſolus agnoſcit de quibus loquitur. d. l. qui ſe patris. ¶ Item nota quod iſte text. non curat de illa ſubtilitate exiſtentie ſui heredis: ſed de realitate ſucceſſionis ſic. ff. ad tertul. l. ij. §. ſed ſi ſint. ⁊. C. de legi. here. l. defunctus. Item premitto ꝙ omnis ſuus eſt agnatus ſed non conuertitur. ff. vnde libe. l. ſcripto. Sed in materia feudorum agnati dicuntur tranſuerſales per maſculos nati. Pone exemplum. Titius acquiſiuit feudum deceſſit relictis duobus filijs ſcilicet. Petro ⁊. Joanne. deinde deceſſit. Joannes relicto filio ſuo. Caio qui Caius vult ſuccedere in feudo ⁊ repudiare paternam[1] hereditatem metu creditorum: queritur nunquid poſſit. Et videtur ꝙ ſic quia iſta ſunt duo patrimonia ſeparata: nā ⁊ agnatus hec poſſet: ſed hic determinatur contrarium quia agnatus poteſt ⁊ non filius: vnde in predicto exēplo. Caius non poteſt iſta patrimonia diuidere ſcilicet acceptare feudum ⁊ repudiare hereditatem: ſed aut vtrunqʒ repudiat certum eſt ꝙ Petro eſt delata hereditas fraterna: tamen ſi non vult eam acceptare ſed feudum habere poteſt hoc facere. Et ſic nota ꝙ intentio conſuetudinis eſt filijs nō fauere ⁊ in hoc agnati ſunt melioris conditionis q̄ʒ alij[b]. ¶ Sed quero quam rationem habet iſta conſuetudo. Reſpondeo non habet aliam rationem niſi quia filius eſt eadem perſona cum patre. ⁊ quia intereſt patris habere heredem: vt. l. ij. ff. de in terro. ac. Unde quandam iniuriam filius fecit patri abſtinendo ab hereditate paterna. Item ⁊ creditoribus. Et forte in hac conſideratione ⁊ ratione fuit fundata lex. xij. ta. ſʒ eſt alia ratio quia totum videtur vnum patrimoniuʒ: ſʒ hec ratio concluderet idem in agnato: quod eſt falſum. Feuduʒ ergo remanet in bonis hereditarijs ſi vaſallus moritur cuʒ herede: ſed ſi abſqʒ herede moritur nō eſt in bonis ſuis hereditarijs. Ex quo ſequitur ⁊ melior ratio eſt quia filij veniunt ex perſona patris ſed non agnati. Jaco. bel. Item filij veniunt eodem iure cum patre: ſed agnati diuerſo ⁊ ex trāſuerſo capite. ar. ff. de bo. poſ. l. ſed cum patrono. Item inter patrem ⁊ filium non eſt diſgreſſio ſed egreſſio: ſed inter trāſuerſalem eſt diſgreſſio. Item feudum ad liberos cū ſua cauſa ſuiſqʒ vicijs tranſmittitur ſed ad agnatos ſimpliciter deuoluitur. Credo tamen ꝙ nepos qui ſe patris negat heredem eo caſu quo ſuccedit auo: vt. d. l. qui ſe patris: ſuccedat ei in feudo antiquo. Item eſt quedam ſubtilitas in iure de filio in poteſtate abſtinente. An nepos ex eo ſuccedat auo ð iure ciuili. ⁊ tunc dicit ꝙ non in. l. i. §. ſciendum: de ſuis ⁊ le. ergo anno elapſo excluditur nepos ab hereditate aui ⁊ per conſequens a feudo. Sed accur. dicit contrariuʒ in. d. l. qui ſe patris: ⁊ eſt de apicibus iuris. Bar. dicit illam glo. veram. alij contra. ſed hoc vbi ſubtilitre examinaui. ⁊ profunde. Et adde quod ſtatim dicam[c]. ¶ Sed nunquid hec littera ita eſt intelligendum ſimpliciter. Quero enim nunquid filius vaſalli poterit hereditatem recipere ⁊ dimittere feudum cum littera dicat ꝙ vtrumqʒ accipiat vel dimittat. ſed Odo. dicit quod ſic quia vaſallus poteſt repudiare feudum inuito domino. vt. ſ. de vaſ. qui contra. conſtit. lotha. c. j. Nec ob. ꝙ vtrumqʒ debet repudiare vel habere. Nam illud eſt verum ſi incipiat a feudo ipſum acceptando: ſecus ſi ipſum repudiando ſecundum Odof. qui ita notat in ſua rubricella vtrum quis poſſit hereditatem vaſalli repudiare ⁊ eius feudum accipere vel econtrario. Rubricella eſt in fine ſumme ſue ſecundum Jaco. faſo. in ſumma ſua titu. quibus mo. ⁊ cauſis feu. amit. ſub rubricella qualiter alienatione perditur feuduʒ: qui dicit quod filius non eſt deterioris conditionis q̄ʒ agnati in feudo paterno quia poteſt feuduʒ acceptare ⁊ hereditatem repudiare ⁊ econtrario: ſed in feudo nouo in quo non ſuccedunt agnati ſed filius oportet

ꝙ filius

a ¶ Nec apō vel dic ꝙ qn̄ due qualitates requiruntur eidem ſubiecto ineſſe: vt filius ⁊ heres non ſufficit alteruʒ. h. d. iſte titulus Itē qualitas intentata ad cautelaʒ non inducit artationem libelli vt h. Et qn̄ filius hʒ vulgarem ſubſtitutū tunc hʒ tacitam licentiam abſtinēdi ſine fraude: tn̄ vt no. i. l. i. C. ſi quis omiſ. ca. teſti per Accur. ⁊ . ff. commo. l. §. ſi ꝑponat.

b ¶ q̄ʒ alij. Quotiēs. n. duo iura i vnius pſona concurrūt ſi quidem. l. ſtatuit ꝙ n̄ poſſit repudiari vnuʒ ſine altero loquit hec. C. ð iure deli. l. quidam eulogio ⁊ h quo ad ipſum ius ſʒ q̄ʒ tuʒ ad poſſeſſionem etiaʒ ex inualida renunciatiōe ꝑdit poſſeſſio ſi animus eſt renūciādi poſſeſſioni: vt. ff. de acqui. poſ. l. i. §. ſi vir vxoris. alias n̄ ꝑditur poſſeſſio: etiam ſi teneat renūciatio proprietatis reſpectu: vt. ff. q ſa. co. l. ſciendū. Si vero ius non diſponit hoc tunc pōt vni iuri renunciari ⁊ aliud in ſuo eſſe ſeruari: vt. ff. ð bo. li. l. filius.

c ¶ Dicā. Extra quero qd ſi extrane[9] eſt inſtitutus ea intentione vt ſit cuſtos bonorum nomine filij: an fili[9] dicatur in inſtitutus. Reſpondeo ſic: ⁊ iō ei tunc nō detrahit trebellianica. ff. de vſu. l. in fideicōmiſſ. §. cuʒ polidius per Cy. ⁊ nō eſt alibi.



ꝙ filius vtrūqʒ receptet vel vtrunqʒ repudiet. ſed iſta diſtinctio non eſt vera qꝛ. §. vbi vero. qui eſt hic etiam loquitur in feudo paterno vt expreſſe patet in littera. vnde non ſit hic diſtinctio feudorum ſed ſucceſſorum qꝛ pater plus poteſt in filios q̄ʒ in coheredes ⁊ coequales ſuos. Jaco. de domino ardizo. in ſumma ſua in titu. de ſuc. feu. dicit ſic. Item queritur nunquid repudiando hereditatem poſſit habere feudum. Reſpondeo ſi eſt filius non poteſt. niſi an acquiſitiōe feudi adiunctum ſit ſibi ⁊ liberis. argu. ff. de operis liber. l. cum patronus. §. cum liberis. Jaco. ardi. ¶ Ex quo colligetres caſus. Nam aut quis recipit feuduʒ ſimpliciter nulla facta mentione de filijs vel heredibus. Aut pro ſe ⁊ heredibus. Aut pro ſe ⁊ liberis ſeu filijs. Primo ⁊ ſecundo caſu loquitur tex. noſter in. §. vbi vero. Et eſt ratio. ſ. de duobus fratribus a capi. inueſtitis. c. j. ⁊. ff. de proba. l. pactuʒ. ⁊ per Joannem andre. in titu. de feu. §. qui ⁊ alios cano. in c. ſi de feudis. ⁊ quod in. l. ij. C. de libertis ⁊ eorum liberis. Tertium caſum poſſunt filij ⁊ quicunqʒ deſcendentes vna bona accipere. ⁊ alia repudiare. arg. in auc. de exhi. reis. §. optimum col. v. ⁊. ff. de operis liber. l. vt iuſiurandi. §. ſi libeberi. ff. de adop. l. ſi arrogator. §. ſed an īpuberi. ⁊. ff. de vulgari ⁊ pupillari ſubſti. l. ſi filius qui patri. ff. de acquiren. here. l. queſitum ⁊. l. iul. ff. de bo. poſſ. l. ſed cū patrono. ⁊. in . l. quicunqʒ. §. ſi quis ita. ff. de verborum obligat. ¶ Jaco. autem de bel. ſic diſtinguit. Aut filius poteſt hereditateʒ patris habere tanquam heres ⁊ tunc non poteſt alterum velle alterum nolle vt hic. Aut non poteſt hereditatem habere qꝛ eſt inſtitutus in re certa vel in ſola legitima tunc poteſt habere feudū abſqʒ hereditate paterna nec tenebitur ſoluere debita. vt not. ff. ad trebel. ſi quis prior. Jacob. bel. ⁊ ſic ius feudi non concernit hereditatem diſtributiue: ſed ſolam heredis qualitaem reſpicit denominatiue. ff. de le. preſtan. l. filium in principio ⁊ vide in Specu. de teſti. §. j. ad fi. ⁊ quod nota. ff. de tran. l. controuerſia. Sed quid ſi filius viuo patre renunciauit hereditati paterne cum iuramento. vtrum preiudicabit ſibi in feudo. Reſpondeo non: qꝛ iſte text. non obligat filium ad impoſſibile: ⁊ iſta eſt bona cautela ad euitāda onera creditoꝝ a nullo alio doc. imaginata. ¶ Quid ſi filius a patre preteritus ſit nunquid habebit neceſſe dicere teſtamentum nullum ſi vult ſuccedere in feudo. Reſpondeo non puto. vt. ff. de iniuſto teſtamen. l. filio. Nam ius dicendi nulla ratione preteritionis eſt quoddam quaſi priuilegium quo filius non tenetur vti inuitus argumē. ff. de minori. l. ſi iudex. ff. de contratabu. ſi poſt mortem. §. fi. ⁊ nota. eodem. titu. l. non tamen verſi. plane in gloſ. i. apperiat. ff. ſi tabu. teſta. nulle ex. l. j. in. fi. ff. de le. preſtan. l. ſi duo ⁊ no. C. de contratabu. l. poſthumo. ¶ Quid ſi preteritus eſt poſthumus ⁊ natus eſt inſtitutus quid erit interim de feudo cū preteritio ſuſpendat interim ius adeundi. ff. de acquirenda hereditate. l. ventre ⁊. l. illud. §. fina. de contratabu. ff. de libe. ⁊ poſthu. l. ſi filius heres. Reſpondeo non propterea differtur inueſtitura iam nati. argumen. ff. de here. inſti. l. non ideo minus. §. j. que in omnem caſum fienda eſt argumē. ff. de acquirenda hereditate. l. ꝙ ſi dubitet[a]. ¶ Pone ꝙ filius habet ſubſtitutum vulgarem ſibi datum in teſtamēto patris nunquid per hoc poteſtatem habeat repudiandi hereditatem ⁊ acceptandi feudum. Reſpondeo non. qꝛ hanc poteſtatem non poteſt ei conferre pater. ſed dominus vel agnatus. vt hic patet in tex. ⁊ gloſ.[b] ¶ Sed nunquid feudum veniat in petitione hereditatis. Reſpondeo non. quādo agnatus eſt heres qꝛ non capit vt heres: ſed ſi filius ſit heres ſic: non qꝛ feudum ſit libere corpus hereditarium tamen eſt qðdam ius annexum quod in hereditare reperitur. hoc no. ff. de peti. here. item videndum. §. fi. vbi videas. ¶ Quid de femina que ex pacto ſuccedit in feudum. que iure Lombardo admittitur in quota non in tota hereditate: vt plene not. ſ. qui feu. da. poſ. c. j. §. hoc autem notandum. Reſpondeo admittitur ad totum feudum qꝛ nemo facit ſibi parteʒ: ⁊ pactum eum inſolidum vocat deficiente maſculo argumē. coꝝ que nota. ff. de inoffi. teſtamē. l. ſi is qui: ⁊. l. pater filium per Accurſium. Item nota ꝙ ius accreſcendi excludit edictuʒ ſucceſſorium: vt. l. j. C. quando non peten. partes. Et ideo quamdiu de ordine ſeu de capite liberorum aliqs extat nunquam veniunt tranſuerſales. vt. ff. vnde legi. l. ij. idem in feudis quia feuda immitantur ius commune inquantum poſſunt ſalua feudali natura ¶ Quero an filius qui reperitur in poſſeſſione vel quaſi feudi paterni cum tamen alia bona poſſideantur per alios fratres ſuos preſumatur immiſcuiſſe ſe hereditati paterne. Et videtur ꝙ ſic quia connexa ſunt hereditas ⁊ feudum vt hic: ⁊ qui acceptat vnum videtur acceptare aliud ei annexum cum diuidi non poſſit. C. de iure delibe. l. quidam eulogio. In contrarium videtur. C. vnde legi. l. non hoc. Sol. poſſeſſio non conſtituit ipſum heredeʒ ſed animus qui ꝓbatur ex qualitate poſſeſſionis precipue quando poſſidet maiorem vel meliorem parteʒ hereditatis . ff. de acquirenda hereditate. l. pro herede. ⁊. l. is qui bonis . C. de repu. here. l. ij. Si tamen fieret poſitio ꝙ filius poſſedit: ⁊ non diceretur ꝙ tanquam heres licet filius confiteretur poſitionem non tamen confiteretur pro herede geſtionē quia poſitio eſt indiſcreta: ⁊ non concludens de neceſſitate cum oporteat poſitionis ⁊ articulos ſpecifice ⁊ formaliter concludere vt ibi per Barto. ⁊ me. ⁊ Joan. andr. in. c. litteras de preſumptio. ⁊ dixi. C. de probat. in. l. ſiue poſſidetis. Illud eſt certum ꝙ per poſſeſſorium facti poſſeſſoriuʒ iuris ideſt decretalis vel iudicialis bonorum poſſeſſio nō probatur nec preſumitur vt ibi per Jacobum de are. ⁊ Cy. niſi ſit longa poſſeſſio. quia ex longa poſſeſſiōe preſumitur omnia ſolemniter acta. vt nota. C. qui admit. ad bono. poſſeſſ. l. per Accurſium ⁊ Cy.[c]. ¶ Quero nunquid bonorum poſſeſſio carboniana habeat locum in feudis. vide. l. j. C. de carbon. edic. Et quid de bonorum poſſeſſione nomine ventris. Et videtur ꝙ ſic argu. ff. ad. l. falc. l. j. §. lex in ratione ſui. Sed pone ꝙ filius agnoſcit bonorum poſſeſſionem poſt annum quod non poteſt. nunquid tunc videbitur adire. Reſpōdeo ſic. qꝛ poteſt. C. de iu. deli. l. puberem[d]. ⁊ iſtud intendit in ſūma illa lex.[e] ¶ Ulterius nota hic ꝙ qui conſentit ſua iura perdit. ¶ Querit hic gloſ. multum notabiliter quid in filio emphiteote. Pone titius poſſidebat bona cuiuſdam eccleſie vel alterius perſone iure emphiteotico ⁊ deceſſit relicto filio: filius vult repudiare hereditatem patris ⁊ retinere ſolummodo emphiteotica bona. queritur nunquid poſſit. Et reſpondet gloſ. quod non. idem ergo iure eſt in emphiteoticis ⁊ feudalibus. Quam glo. tene menti. immo tanto plus poteſt dici quanto magis tranſit tale ius emphiteoticum ad ipſum filium tanquam ad heredem adeo quod emphiteotica in eo diſpōere ⁊ alteri relinquere poteſt quod non eſt in vaſallo[f] vt. ſ. de ſucceſſio. feu. c. j. ⁊. ff. de verboꝝ ſignificatio. l. in conuentionibus. ⁊ dixi in. c. j. §. ſed quia q feu. da. poſſ. ⁊ latius in. c. imperialem in principio de prohi. feu. alie. per Federicum. Petrus de cerue. Jacobus de belui. hic dicit ꝙ iſtud. c. non procedit de iure communi. Dicit gl. ꝙ etiam de conſuetudinario iure non procedit in feudo ab anteceſſoribus acquiſito ſed in paterno tantum. vt. ſ. de ſucceſſio. feu. c. j. §. hoc quoqʒ in glo. que incipit. quid ergo in emphiteoſi: vbi non ſumus de iure conſuetudinario ſed in iure communi ſecus eſſet q̄ʒ in feudo. Sed glo. in auc. de non alie. §. emphiteoſim coll. ix. dicit ꝙ emphiteoſim eſt ius hereditarium qud etiam ad extraneos heredes tranſit regulariter niſi ſit emphiteoſis eccleſie. quia tunc non tranſit ad quemlibet heredem ſed ad liberos. ita demum ſi ſint heredes ſiue deſcendant per maſculum ſiue per feminā. Que verba ſatis conſonant cum iſta gloſa. Nam ſi requiritur ꝙ ſint heredes non poſſunt pro parte eſſe bonorum heredes ⁊ pro parte non: vt. ff. de acquiren. heredita. l. j. ⁊. ij. C. de iure deliberan. l. quidam eulogio. quinimmo vnum trahit ad ſe reliquum etiam ex virtute cuiuſdam vnionis . argumentum. ff. de acquiren. heredita. l. qui patri. ¶ Sed caue tibi. qꝛ ſi iſta equiparatio de feudo ad emphiteoſim eſſet bona ſe

a ¶ dubitet. Quia certuʒ ꝑpter icertū nō defertur. vt in. c. ex eo de contro. inter epiſcopū. ⁊ vaſ.

b ¶ Et glo. Immo. ſi pr̄ exheredat filium tunc ſi iu re legati ei mr̄ta relinquat tantum iniuriam ei feciſſe cēſetur. C. de lega. l. cū quidam filium q̄ l. nō eſt alibi.

c ¶ Et Cy. Uide bal. i. l. ſi filius. C. de petitio. here. ⁊ in. l. ſiue. C. de prob. ang. ⁊ alios in. l. q in aliena ⁊ ꝓdie dixi late i conſilio.

d ¶ Puberem. Uide q̄ dixi in rubrica. C. q admi.

e ¶ Illa lex Quero nunquid edictuʒ diui adriani habeat locuʒ in feudis. Reſpōdeo ꝙ ſic qꝛ in illo iudicio veniūt ēt res de quib[9] non potuit teſtari vt res depoſite ⁊ commodate vt nota. in. d. l. edicto de edict. diui adria. in q. magna ſufficit. n. in his detentatio tēpore mortis defuncti: in illo tn̄ edicto ðbet ordinatio teſtamenti in ſcriptis apparere. ea aūt q̄ teſtō nō potuit i ſcripturaʒ redigē vt mores coditiōes ⁊ reꝝ poſſeſſio. iſta poſſūt probari ꝑ teſtes vt not. in glo. predicta ⁊ eo. tit. in. l. j. ⁊ ſi qs ageret ēt alieno noīe poſſet mādatū ēt ꝑ teſtes probare.

f ¶ In vaſallo. Et ſic aperte ſētit quod pater nō pōt legare vni filioꝝ feu. ⁊ alteri ſi idē ſēit in. l. imperialē. j. de ꝓhib. alie. feud. ꝑ ſe

de. in. iiij. col. in. ver. quare vtrum. idem ſentit in. c. j. ꝺ ſucceſ. feudi: idem voluit i. l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de petit. here. ⁊ ibi refert ia. bu. ita determinaſſe ia. de arch. i ſua ſūma quem refero in conſilio illorum de ſenato. quod fece. ferrarie. dum eſſet cōtrouerſia nūc pendet in facto inter illuſtres viros ia co. de ſabellis ⁊ pandulfuꝫ de ſabellis cōſulo nunc.

a ¶ Sequeretur. vide q̄ notaui ad bar to. in. l. ſi tibi ⁊ titio. ff. de ꝟ bo. obli.

b ¶ Nouuꝫ vt dictuꝫ fuit in. c. j. §. inſuper ꝺ probi. feud. alie. per Federicum.

a quereretur [a] quod ſi titius recipit emphiteoſim pro ſe ⁊ liberis ſuis ⁊ deceſſit relictis duobus filijs quorū vnus parteꝫ ſuam emphiteoſis refutauit in manu alterius: ⁊ tandem ille cui facta eſt refutatio deceſſit inteſtatus quod ille qui refutauit emphiteoſim poſſit acceptare emphiteoſim ⁊ hereditatem fratris repudiare. vel probatur ex coniunctione duorum iurium. ꝺ. ſi de feu. fue. controuer. c. titius ⁊ hic in principio cum concor. infra de capi. qui cur. vendi. c. ſi filius. Sed hoc eſt falſum. quia cum mero iure hereditario deferatur ſecundum iuris ciuilis regulas impoſſibilis eſt ſeparatio bonorū vt. ff. de here. inſti. l. j. §. ſi ex fūdo. ⁊ l. ſi ita quis inſtitutus fuerit excepto fundo quod nota. de teſta. mili. l. j. ⁊. ff. eo. l. ſi certarum. ¶ Dico ergo ſimilitudinem feudi ex emphitheoſi procedere ſecundum quid ⁊ non ſimpliciter. ¶ Item queritur. pone nepos vult repudiare hereditatem ex perſona patris ⁊ ex perſona aui ſuccedere in feudo antiquo nunquid poſſit. Sup hoc puncto dicit odo. in ſumma ſua quod non: quia generaliter debet intelligi ꝙ ſi filius repudiat hereditatem patris nō poteſt retinere feudum ſed aperitur coheredibus ergo loquitur in feudo paterno. Odo. Aduerte quia aut filius deceſſit in tali ſtatu in quo poteſt habere heredem aut non. Primo caſu ſubdiſtingue: aut erat ei feudum queſitum ⁊ tunc nepos non poteſt admitti ex perſona aui ſed oportet quod veniet tanquam heredis. vt. C. de here. inſti. l. finali. Aut non erat ei queſitum ⁊ tunc cum nepos non acceptat ex perſona patris tale feudū reſpectu patris nepotis eſt caducum. Unde ſequitur ꝙ nepos poſſit admitti ex perſona aui. Secundo vero caſu quando pater nepotis deceſſit in tali ſtatu quod non poſſit habere heredem: dico eoipſo feudum ab hereditate ſeparatum eſſe ⁊ ideo ex perſona aui obtinere poſſe. Dicit Jo. de bronceſco ſicut alias retuli quod ſi nepos non eſt conceptus in vita aui non poteſt venire ex perſona auit iuxta no. C. vnde li. l. qui ſe patris: quod non placet. quia cum liberi admittantur in infinitum ⁊ agnati ſaltem vſqꝫ ad ſeptimum gradum impoſſibile eſt ꝙ iſti eſſent concepti tempore mortis qui fuit agnationis communis caput. ⁊ iſta impoſſibilitas apparet per rerum naturam. vnde indiget legem probatione: vt. ff. de verborum obligatio. vbi autem non apparet verſicu. illud dubitationem. Jbi dum dicit ipſa natura manifeſtum eſt. Nec obſtant. ll. diſtinguentes tempus conceptionis: vt nota. C. de inoffi. teſtamen. l. ſi quis filium in principio. quia proprie loquendo feudum non defertur iure ciuili vel pretorio communi: ſed ex beneficio corradi. vt. ꝺ. qui feu. da. poſ. c. j. §. cum vero corradus. Jbi ⁊ moribus tādem ſubſequentibus ⁊ beneficium corradi ampliantibus. Uel dic inſpici tenorem inueſtiture vtrum dicat pro ſe ⁊ ſucceſſoribus. an pro ſe ⁊ ſuis deſcendentibus. vt. ꝺ. dixi. Demum querit gloſ. de. ij. queſtionibus. dicitur hic ꝙ ſi agnatis conſentientibus vaſallus refutat feudū in manibus domini verba ſunt tex. ſupra de vaſal. decrep. eta. c. j. ꝙ dominus poteſt eum quaſi de nouo beneficio inueſtire. Pone ergo ꝙ iſte inueſtitus decedat ſine herede. queritur vtrum dicti agnati qui conſentiunt poſſint admitti tanquam ad feudum ita quod preferantur domino. Gloſ. ſentit iſtos conſentintes omnino excluſos. Sed tu conſidera dictionem q̄ſi que eſt in littera. Non enim dicit nouum ſed quaſi nouuꝫ quia remanent reliquie veteris feudi nec eſt in totum abolitum nomen principale feudi. Jtem conſenſus preſtitus ad vnum effectum. non debet operari alium effectuꝫ. vt. ꝺ. ſi de feu. fue. controuer. c. titius cuꝫ ſempronio. ⁊. C. ad vell. l. iubemus. Sed glo. allegat pro ſe. j. de eo qui fidem fecit agnato. c. j. Ad idem. ꝺ. qui. mo. feu. amit. c. j. §. preterea: ⁊. ꝺ. de aliena. feud. paterni. c. j. a contrario ſenſu ⁊. C. de filijſfami. quemadmodum pater pro his tene. l. j. ⁊. ij. lib. x. ſecundum Pe. de cer. Dominus ergo prefertur agnatis qui noue inueſtiture conſentiendo ius inueſtiture veteris perdiderunt argumen. ff. de acqui. poſſeſſ. l. ſi quis ante. ⁊. C. de pac. l. pacta nouiſſima. ff. loca. cum in plures. §. lege dicta. ff. de verborum obligatio. l. cum ſtipulatus ſim mihi a proculo. ff. de preto. ſtipula. l. valerianus. Fit enim plena nouatio a contractibus qui ſunt oppoſite rationis ⁊ qualitatis. ¶ Dubium mihi videtur ſtare in hoc quia iſte conſenſus non fuit interpoſitus fauore domini ſed ſolum fauore ipſius filij. Sꝫ ad hoc reſpondetur quod immo quia per talem conſenſuꝫ fuit apertum ius domino feudanti filijs quod prius non habebat quia tenebatur confirmare ipſius agnatis. Unde iſtud c. debet intelligit quando agnati conſentientes erant tales quibus erat apertū feudum. Secus ſi eſſent vlteriores apꝺ quos non eſſet conſentiendi ius. ¶ Quid dicemus finaliter. Reſpondeo aut dominus inueſtiuit filium tanquam de nouo beneficio ⁊ eſt vera opi. glo. Jdem ſi ſimpliciter quia noua cauſa facit feudum nouum [b]. Aut tanquam de veteri ⁊ tunc ius agnatorum reſeruatum puto ex vi ſermonis qui ſeruandus eſt: vt. C. de bo. li. l. fi. ¶ Querit glo. de alia queſtione vtrum inuitis agnatis poſſit dominus gratiam facere filio ꝙ tale feudum poſſideat abſqꝫ hereditate paterna: ⁊ glo. inclinat ꝙ ſic ſicut dicitur de filia. vt. ꝺ. quemad. feu. ad fi. perti. c. ſi quis ſine. Jſta opi. non eſt vera. qꝛ cum per refutationem feudum ſit apertuꝫ agnatis nil poteſt dominus facere in eorum preiudicium: qꝛ facere gratiaꝫ de alieno eſt quedam ſpecies furti. Jtem hoc ſuadet ciuilis ⁊ naturalis ratio quia non debet alteri per alterum iniqua cōditio afferri. ⁊ ideo dicendum eſt quod dominus talem gratiam facere non poteſt. argumen. ff. de contrahu. l. ſi poſt mortem. §. fi. ⁊. ff. de pac. l. fi. ⁊. C. loca. l. ſi cum hermes. ⁊ hoc tenet pe. de cer. ¶ Quero nūquid agnati poſſint ratificare. ⁊ videtᷣ ꝙ non niſi primo renuncient feudum eis apertum in manibus domini quia nuda voluntate nō deſinit quis eſſe dominus: vt. ff. de acquiren. poſſ. l. ſi ſiquis vi. §. differentia. Gl. determinat contrarium ⁊ bene. Nam in ipſo conſenſu quedam tacita reſignatio includitur que cum ſit tacite non requiritur preſentia alterius. C. de pac. l. poſt diuiſionem. ꝑ Cy. arg. ff. de acqui. here. l. illud. ff. ſi cer. pe. l. ſingularia. ⁊. ff. de pig. l. ſi fundus. §. j. dumtamen ratificatio non ſit erronea. vt plene nota. C. de rei vendi. l. mater. ¶ Extra quero: dicit ſtatutum ꝙ agnati filias defuncti excludant a ſucceſſione: nunqd filius ſororis excludat filiam: ⁊ dicendum eſt ꝙ nō qꝛ nō eſt agnatus. nam lꝫ habeat iura ciuilia ⁊ fauorabilia agnatorum non tamen habet iura extraordinaria maxime odioſa ſtatutorum. quia ſtatuta debēt intelligi proprie ſecūdum diffinitionem propriam vocabuli ⁊ non improprie. Sꝫ ſi filius ſororis ſecundum diffinitionem agnationis nō eſt agnatus. ſed per Juſtinianuꝫ redatus ad paritatem agnatorum ⁊ nullum ſimile eſt idē. l. ꝙ nerua. ff. depoſiti. ergo ⁊c̄. vt. C. de le. here. l. lege. xij. tabularum. Non enim voco hūc agnatum re ⁊ nomine nec re tantum: ſed ſimile de quo ſtatutum non loquitur. qꝛ arg. de ſimilibus ad ſimilia non procedit maxime quādo iduceret excluſionem contra ius naturale: ⁊ ita fuit determinatum Bononie diſputando per dominum Bar. Queritur nunquid feudum obligetur pro debitis vaſalli. Reſpondeo non quia non poteſt obligari. Jtem nō tenetᷣ quis ex ꝯtractu vel delicto alterius niſi ſit eius ſucceſſor vniuerſalis. ff. de pecu. le. l. ſi peculium in principio ꝑ Accur. C. de ſacroſan. ecc. auc̄. ingreſſi. ⁊ auc̄. ſi qua mulier per Accur. ¶ Sed an fructus pendentes poſſint obligari. Reſpōdeo aut loqueris de illis qui mortuo vaſallo ſine herede maſculo pertinerent ad extraneum heredem ⁊ illi poſſunt obligari. Aut de illis qui pertinerent ad dominum vel agnatos ⁊ illi non poſſunt obligari. iſta diſtinctio probatur per tex. noſtrū ſatis notabilem. Adde quod dicit Odof. in ſumma ſua in pe. rubricella quod verum eſt ꝙ dans feudū videtur dare cum omnibus fructibus extantibus. ff. de vſufruc. l. ſi pendentes. ff. de ac. em. l. iul. §. ſi fructibꝰ Odo. Facit. ff. q̄ in fra. credi. l. fi. §. penul. Contra de verbo. obligatio. l. ſi filius. §. fi. Sed ibi loquetur in perceptis. Odof. vel nōdū ſatis arg. ff. de vſur. ſi ſtipulatus fuero. Extra not. ꝙ licet teneatur ſtare colono non tamen agit ad pēſioneꝫ ſine ceſſione:





ceſſione. vt nota. in. l. diuortio. in princi. ſolu. ma. in glo. magna. ¶ Sed dici poteſt ꝙ quādo fructus adiudicātur per ſententiam legis vel qꝛ lex diuidit non eſt ceſſio hōis neceſſaria qꝛ ſententia legis habet vim ſecundi decreti qꝺ habet vim ceſſionis vt. l. j. C. de preto. pigno. Jtē vt circuitus euitetur. ff. de cōditi. indeb. l. dn̄s teſtamento. ſed non ſi qn̄ vaſallus moritᷣ ⁊ feudum debet ad dn̄ꝫ peruenire. Non enim ſemper redit cum fructibus ſed diſtinguūtur kalende a kalendis. Odof. Apparet ergo ꝙ feudum non obligatur pro debitis nec fruges ipſius niſi ſm̄ diſtinctionem predictam. Sed quid in penſione reſpondeo tota pertinet ad locatoreꝫ ⁊ eius heredes. d. §. ſi fructibus ⁊. ff. de vſufr. l. defuncta. Uerum eſt quo ad actionem ex contractu tamen ꝙ ſi exigetur partiri vel reſtitui debebit ſm̄ predictam diſtinctionem: vt no. d. §. ⁊ ſi nolit agere heres conuenitur vt agatur. ff. locа. l. cum in plures. §. meſſem. ff. ad. l. rodiaꝫ de iactu. l. ij. in fi. ff. commo. l. vnde queritᷣ. ff. de euic. l. ſi res q̄ꝫ. ¶ Querit Odo. ⁊ non ſoluit quid ſi feudum alio modo amittatur q̄ꝫ morte. Ego reſpondeo ꝙ fructus pendentes ad eum pertinebunt ad quem predia. qꝛ ita eſt de iure cōi. nec inuenitur aliud ſtatutum in feudis cum iſte ſit caſus omiſſus. ¶ Quero quid ſi vaſallus decedit poſt kalendas auguſti. Reſpondeo dic vt dixi. ꝺ. in ti. hic finitur lex. §. ſi vaſallus. ¶ Extra quero econtra. Si vaſallus dum vadit ad ſeruitia domini derogatur in itinere an dominus teneatᷣ ſibi in aliquo emēdando. Reſpondeo [a] non. qꝛ in hoc ꝯctu non venit caſus fortuitus: ſed diſcretus dominus bene faceret compatiendo ſibi iuuaret eum ſaltem in remittendo. ff. man. l. inter cauſas. §. non omnia. ff. de fur. l. ſi ſeruus. §. quod vero. Et vide in. l. j. C. de legi. per Odof. in ca. ſicut de iureiuran. per Jnno. ſic enim lucraretur vide in. c. ſtatutum. §. j. de reſcrip. in ſexto. in gloſ. Bald.

¶ An apud iudicem vel curiam domini queſtio feudi debeat terminari. Rubrica.

¶ Judices dicuntur qui ratione domicilij vel originis proprie vel paterne ve ratione contractus vel prorogate iuriſditionis vel ex alijs cauſis nominatis in iure habent iuriſditionem. ff. ad municip. l. aſſumptio. C. de iur. om. iud. l. ij. per Cy. de iudi. l. heres abſens.

